UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De exaltatione sancte crucis. Cap[itulum]. lxxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

expirauit. Ille ergo quaſi negligentie conſcius acturus penitẽtiã ab eccleſia ſua aufugit: ⁊ claues reliquiarũ ſecũ tulit. Que dũ per mare nauigaret: caſu in aquã ceciderũt. Epiſcopus aũt quaſi hoc diuine vltioni aſcribẽs: vouit ſe nũq̃ ad ſedẽ ſuã reuerſurũ: niſi claues ipas diuinit⁹ rehaberet. Sicq̃ in habitu peregrino trãſmiſſo mare dñi cuiuſdã ortũ colere cepit. Requiſitus eſt vbiq̃ per ſeptenniũ a ciuib⁹: ſed minime inuentus. ¶ Dum aũt quidã ex eis clericis ad eũ querendũ mare trãſire vellent ſcripturã ab angelo inueniũt lapidi ſculptam continentem. Mauriliũ illac tranſfretaſſe: leti ergo dũ portũ in nauicula tranſeũt: piſcis ingens in nauẽ ꝓſiluit: quẽ exenterantes claues in ventre reperiunt: quas bene recognoſcunt. Mauriliũq̃ cũ clauibus in mari demerſum putauerũt. Et dum triſtes redire diſponerent: hoſpitati ſero apud dñm cũ quo ep̄s eorũ morabat: mauriliũ vocari audierunt: eũq̃ recognoſcentes: vt repatriaret: exorarunt. Recuſanti quoq̃ ⁊ votũ ſuũ alleganti claues oſtendunt: ſicq̃ ſanctũ cũ gloria ad ſedem ſuã reducũt: qui ſtatim iuxta ſepulturam pueri ſe proſtrauit: nec ab oratione deſtitit quouſq̃ puer reuixit: quẽ ipſe baptizatũ renatũ vocauit: ⁊ in lege dñi eruditũ ſucceſſorem ep̄atus habuit. ¶ Quendã die dñico ſecuri ligna cedẽtẽ: cuius man⁹ cõtracta ſecuri adheſerat: poſt dies quinq̃ penitentẽ ſanũ effecit. ¶ Dum in portu lydi fluminis cũ quibuſdã tranſire vellet: nec nauẽ haberet. Nauicule quedã ab alia parte fluuij poſite ſine aliquo ductore ad eũ ꝑuenerunt: ⁊ ipſe cum omnibus angelico ducatu tranſiuit. Quieuit in pace. xc. etatis ſue anno: ep̄atus ergo ſui anno. xxx. idibus ſeptẽbris. Sepult⁹ in eccleſia andegauenſi miraculis clarẽs.

¶ De exaltatione ſancte crucis. Cap. lxxvi.

Exaltatio ſancte crucis ſub heraclio imperatore facta eſt. Cum enim venerabile crucis dominice lignũ a beata helena inuentũ eſſet: vt habetur ſupra in hyſtoria inuentionis crucis. v. nonas maij: ita per medium ab ea ſectum eſt vt ex eo crucem conſtantinopolim deferret: ⁊ crucẽ hieroſolymis in thecis argenteis ſuo loco reſeruaret. Multorum itaq̃ temporum labente curriculo permittẽte domino propter peccata ſuum populum flagellari. Coſdroe rex perſarum om̄ia regna terrarum orientis ſuo imperio ſubiugauit. Hieruſalem autem veniens a ſepulchro domini territus fugit: partem tamen dominice crucis ibidem ab helena relictam aſportauit. Volens autem ab omnibus vt ſolus deus coli: turrim ex auro ⁊ argento interlucentibus gemmis fecit: et ibidem ſolis ⁊ lune ac ſtellarum imagines collocauit: per ſubtiles etiam ⁊ occultos aqueductus quaſi deus deſuper aquã fluens pluebat: et ſubterraneo ſpecu equos quadrigas trahentes habebat: vt quaſi turrim mouerent: ⁊ tonitruum ſimularent. Filio quoq̃ ſuo regno tradito: ipſe in turrim reſidebat: ⁊ iuxta ſe crucem dñi collocans: appellari ſe regem regum ⁊ dominum dominantiũ ab omnibus imperabat. ¶ Tunc imperator heraclius chriſtianiſſimus cum exercitu copioſo iuxta flumen danubium cõtra coſdroe filium pugnaturus aduenit. Et ibidem vtriſq̃ principibus placuit: vt ipſi ſoli ſuper pontem duello confligerent: ⁊ qui victor exiſteret ſine damno alterius partis exercitus imperium obtineret. Et ſi quis ex vlla partium principẽ ſuum iuuare preſumeret cruribus et brachijs exciſis in flumine mergeret. Heracli⁹ igitur ſe deo ⁊ venerande cruci: pro qua pugnabat: deuote cõmendans ambobus diu in conflictu durantibus xp̄o annuente victoriã tandẽ obtinuit: ⁊ coſdroe filiũ interfecit. Statimq̃ vniuerſus eius exercitus quaſi diuinitus tactus ſe fidei xp̄iane ſubdidit: ⁊ ſacrũ baptiſma ſuſcepit. Coſdroe aũt ignorabat exitũ belli: qꝛ cum ab omnibus ꝓpter eius ſuperbiã haberetur exoſus: nemo eidẽ indicare curauit: vnde heraclius vſq̃ ad turrim aſcendens ad thronũ eius ex improuiſo peruenit: ⁊ eum in throno aureo repperit: eiq̃ dixit: q̄ qꝛ crucem dñi iuxta eius modulũ honoraſſet ſi baptiſmũ ⁊ fidẽ xp̄i ſuſcipere vellet: vitam ⁊ regnũ ab imperio acceptis obſidibus obtineret. Sin autẽ ſtatim ipſius gladio interiret. Cũq̃ hoc ille perfidus acquieſcere nollet: heraclius eum protinus decollauit. Sed qꝛ rex fuerat: ⁊ crucẽ dñi ex [illegible] honorauerat ipſum ſepeliri mandauit. Filiũ ergo eius annorũ. x. quẽ ſecum repperit baptizari fecit: et ipſm de ſacro fonte leuauit: ac regnũ paternũ ei dimiſit. Turrim ergo deſtruẽs argentũ in p̄dã ſuis diuiſit: aurũ ergo ⁊ gemmas ad reparandas eccleſias quas tyrannus deſtruxerat reſeruauit. ¶ Sacrã igitur crucẽ dñi repetens hieroſolymã reportauit. Cum autẽ de monte oliueti deſcendẽs per portã quã dñs paſſurus intrauerat: in equo regio ⁊ apparatu ĩperiali ingredi vellet: repente lapides porte deſcenderũt: ⁊ inuicẽ quaſi paries ſe clauſerũt. Angelus quoq̃ dñi ſup̱ portã ſignũ crucis tenens apparuit: ⁊ imperatorem de pompa increpauit: dicens q̄ cum dñs ad paſſionẽ per ipſam ianuã intrauit: nõ cultu regio: ſed humili reſidens aſello: humilitatis exemplũ dereliquit: ⁊ his dictis angel⁹ diſparuit. Tunc imperator lachrymis infuſus diſcalciatus ⁊ vſq̃ ad camiſiã exutus crucẽ domini accipiens vſq̃ ad portam baiulauit. Statimq̃ porta ſe ſurrigẽs: liberũ intrantibus patefecit ingreſſum. Odor autẽ ſuauiſſimus qui eodẽ die quo crux de turri coſdroe fuit ſublata

vſqꝫ hieroſolymam de perſarū̄ prouincia fue-
rat illapſus tunc rediȷ̄t: oēſqꝫ ſuauitate refecit.
Sicqꝫ p̄cioſa crux ſuo loco reſtituit: ⁊ antiqua
miracula renouantur. Mortuus em̄ quidā ſu-
ſcitatur: paralytici. iiȷ̄. curantur: leproſi. x. mū̄
dant: ceci. xv. illuminant: a plurimis demones
effugantur: languoribuſqꝫ diuerſis multi libe-
rantur. Et ſic imperator eccleſiȷ̄s reparatis: et
regis muneribus dotatis ad propria remea-
uit. Facta eſt autem hec crucis exaltatio. xviiȷ̄.
kalen. octobris. Circa annos dn̄i. dcccccxx.

Ⅽ De ſancto cornelio papa ⁊ mar. Cap. lxxviȷ̄.

Cornelius papa ⁊ martyr natione roman⁹ et patre caſtino Fabiano pape in pontificatu romano ſucceſſit. Et ſedit annos tres menſes. iȷ̄. dies. x. Hic conſtituit vt ſacerdotes ſi vellent pro certa cauſa iuuare poſſent. Hic rogat⁹ a quadam lucina matrona: corpora apoſtolorū̄ petri ⁊ pauli de catacūbis leuauit; vbi per annū̄ iacuerant: poſtqꝫ ea greci furati fuerant: vt dictū̄ eſt ſupra in paſſione eoꝝ. iiȷ̄. kal. iuliȷ̄. Et primū̄ quidem corpus beati pauli ſepeliuit in predio eiuſdē lucine in via oſtieñ. ad lat⁹ vbi decollat⁹ eſt. Deinde corp⁹ beati petri poſuit iuxta locū̄ vbi crucifixus eſt. Inter corpora ſanctorū̄ epiſcoporū̄: in tēplo apollinis in monte aureo vaticani palatiȷ̄ neroniani. Ⅽ Hic beatus martyr a decio ceſare cū̄ ſuis clericis in exiliū̄ relegatus eſt centuncellis. Ibiqꝫ a ſancto cypriano ep̄o carthagineñ. epiſtolas confortationis accepit. Tandē de exilio reductus decio preſentatur: ⁊ dum immobilis in fidei confeſſione permaneret. Iuſſit os eius plumbatis cedi: et deinde ad templū̄ martis adduci: vt aut ibi ſacrificaret aut ſententiā capitalem ſubiret. Cum ergo illuc duceretur: miles quidā nomine cerealis euꝫ rogauit vt ad domū̄ ſuam diuerteret: ⁊ pro vxore eius ſaluſtia: que per annos. v. paralytica iacebat oraret. Que duꝫ ad orationē eius ſanata eſſet. xxi. milites cū̄ ipa ⁊ viro ſuo: dn̄o crediderunt: ⁊ a cornelio baptizati ſunt. Qui oēs iubente decio ad tēplū̄ martis deducti ⁊ expuētes in idolū̄ vna cum ſancto cornelio decollati ſunt. Quorū̄ omniū̄ corpora a lucina prefata in cimiterio caliſti ſepulta ſunt. xviiȷ̄. kalen. octobris. Circa annū̄ domini. ccliiȷ̄. Ⅽ Hic ſanctus papa ad fabianū̄ antiochene eccleſie epiſcopū̄ ſcripſit epiſtolaꝫ de romana italica ⁊ aphricana ſynodo. Item aliā de nouato et aliȷ̄s qui lapſi erant. Tertiam de his que in ſynodo geſta ſunt. Quartam admodum prolixam: nouatiane hereſos anathema continentem: ⁊ cauſas. Hec hieronymus in libro de viris illuſtribus.

Ⅽ De ſancto Cypriano epiſcopo et martyre. Cap. lxxviiȷ̄.

Cyprianus Carthagiñ. epiſcopus ⁊ martyr paſſus in ipa ciuitate aphricana ſub valeriano ⁊ galieno imperatorib⁹ galerio maximo p̄conſule. Qui poſtqꝫ m̄ltos chriſtianos ad martyriū̄ verbis et litteris cōfirmaſſet. Paterno proconſuli preſentatur. Et poſtqꝫ a fide nullatenus īmutari poſſet: in exiliū̄ ab eodē miſſus eſt ī inſulā cordubitanā. Ⅽ Poſt aliquot mēſes inde reuocatus eſt a galerio maximo qui paterno ſucceſſerat. Et cū̄ ad ſacrificia deoꝝ cogeretur: ⁊ ſacrificare nollet: ſententiā ab eo capitalem accepit. Qua lecta per notariū̄ cyprianus dixit: deo gratias. Cūqꝫ ad locū̄ cū̄ ſpiculatore veniſſet: precepit ſuis: vt eidē ſpiculatori pro mercede. xxv. aureos darēt. Accipiēſqꝫ lintheū̄ manu ſua oculos texit ⁊ coronā ſuſcepit. Referunt etiā paſſi cū̄ eo creſcentianus victor roſula ⁊ generalis. xviiȷ̄. kalē. octobris: circa annuꝫ dn̄i. cclvi. Quorū̄ corpora a chriſtianis ſepulta ſunt in via appallienſi iuxta piſcinā eiuſdē carthaginenſis ciuitatis. Ⅽ Hic beatus martyr nōdum ad fidē xp̄i cōuerſus: primū̄ glorioſe rhetoricā docuit: deinde xp̄ianam p̄feſſus fidē: et carthaginenſis ep̄s conſtitutus: multa ſcripſit: multaqꝫ cōpoſuit. Nā ingeniȷ̄ hui⁹ ſuperuacuū̄ eſt indicē texere: cū̄ ſole clariora eius ſint opera. Scripſiſſe dicit de lapſis volumē egregium contra nouatianos. Itē ſacramentoꝝ librū̄ eximiū̄. Itē aliū̄ de laude martyrū̄ ad corneliū̄ papā. Epiſtolas octo. Cōtra nouatū̄ ⁊ nouatianū̄ diuerſos tractatus ⁊ ep̄l'as: in quib⁹ eorū̄ condemnant errores. Epiſtolaꝝ volumē grāde ad diuerſos ſcriptaꝝ ſonātivalde ornatū̄ eloquio. Hec Hieronymus libro de viris illuſtribus.

Ⅽ De ſancto Tobia iuſto. Cap. lxxix.

Tobias vir ſctūs cuius p̄fectio ſcītatis ex ipo ipſi⁹ ſpeciali libro colligitur: a beato hieronymo ⁊ a ioſepho inter patres ſanctos teſtamēti veteris numerat. Hic ex tribu ⁊ ciuitate neptalim vnus fuit ex captiuis filiȷ̄s iſrael a ſalmanaſar rege aſſyriorū̄ in aſſyrios tranſlatis: qui in captiuitate poſit⁹ via in veritatis non deſeruit: adeo vt cō tribulib⁹ ſuis eūtib⁹ ad orādū̄ vitulos aureos: quos fecerat hieroboā rex iſrl': iſte ſolus iret in